

mentionem, ferre natura Bannii detrectat, nondum ad se
redire, statuendum est. Mitto igitur a Merseño commendatos
Aristidi libros ex versione Morelli, ni fallor, cujus hæc auto-
grapha feruntur. Poteris per otium illos inspicere, et
michi remittere, quod opinor, brevi facturus es. neque enim
de eorum numero sunt, quibus quid vel Theoriae tuae vel
Praxi magnopere accedat. Adde item Dissertationiculae meae
exemplar de Organo. Si tanti est ut perlegas, occurrent
passim quæ cum capituli discrimine Romæ scripserim. Verum
ea tua est humanitas et candor, ut in sede nativâ patriæ
libertatis dissentientem feras pro τὸ ὄντι ὁ θεὸς instinctu.
neque hoc Marini improbet, si is est quem prædicas, quin, si
visum erit, volupe quidem michi sit et gratum utriusque
vestrum, de argumento et Libello sententiam audire, quæ
in 3. loca Psalmarum obiter ille commentatus est, speci-
mina sunt sublimis ingenii omnigenâ eruditione fulti.
At me afficere solet et persuadere S. Scriptura simplicissima
quæque interpretatio. Talis, in hæc loca Calvini est. Credo
me hoc sine partium studio asserere. si verba videas, non
possis non amplecti textuum primâ specie obscurorum
expositionem planam verosimillimam, et quod caput est
minimè aperosam. Nam Wendelini erudita somnia
qui hic ferat? multa michi et vetus cum viro necessitu-
do est, neque nuper didici doctissimum esse. sed quoties
aut coram ipsum, aut absentis epistolas vidi, occurrit Se-
neca illud, nullum sine veniâ placuisse magnum inge-
nium. Farrisio ecce, quasi videam quod hæcenus spero
tantum, nempe valentem, si nondum es et quod soleo ami-
cos adhartari, si nondum es, brevi ut sis opto, atque ut
esse cures, diligenter pro imperio amicitie jubes. Parabam
hasce obserare cum a rectore vestro tradita sunt, quas in
gratiam viri scripsisti. fanebo equidem quantum potè
At ois̄ cravlias mirificè desudabunt, ne ^{opto} ~~sciam~~ simul et
olei totam amphoram perdidisse dicantur Vale Hegescom.

11. Mart. MDCLXI.

Ubi ad te redieris, redi quæso ad Institutiones
Musicas, quas etiam tuo damno latere
judica.

J. Beverovicio. Subjicio censurae tuae Beverovici Amplissime Dissertationiculam
ante annum occupatissimo michi scriptam, nunc publici
juris

(303)

juris factam bono publico, sed ne mentiar etiam privato
 Typographi, qui schedas mihi meas extorsit. Incipiunt adire
 me rescripta virorum cum ab Ecclesia tum ab Academia
 celeberrimorum, de quibus nemo est hactenus qui non plene
 abstipuletur. Si accedi, gaudebo largiri, si adversari, quae
 te ut libere hoc facias, et sine scrupulo vel umbrâ, ut ab
 initio profatus sum, Veritatem inuestigo, atque à viâ
 devius reduci patiar à quacumque manu nedum ami-
 cissimâ, quam nunc imploro. Vale vir Magne, et quidquid
 de libello sentias, patere ut sit Autor

Perpetuo tuus.

15. Mart. 1641.

C. H.

(304)

Barlae.

Non respondisti ad interrogata, Mi Barlae. Expectavi te in
 deliberatione, tu in demonstrativo obhasisti. Censorem
 petisti ut olim, et laudator esse voluisti. unâ certè fideliam
 parietem dealbasti, at sub tectorio passim atrium aut sordi-
 dum. Iterum nunc rogo, censor esto; ac delectu habito
 Epigrammatum meorum pro imperio designa quae bona,
 quae mediocria dicas, quae mala plura. Amplissimo Hooftio,
 qui in Pollicem Albani vernaculi lusit et lepide, nisi hodie
 ejusdem argumenti quid, non ^{in quae} ~~salvatur~~. Accedit hoc, quod
 vides, INCERTI. Nihil est omnium quod sine veniâ placeat.
 Ego tamen veniam non peto; neque ipsi INCERTVS. Senex
 et verus esto. Quam laudari volupe est merenti, tam sa-
 lubre damnari, utcumque ~~acciderit~~, feries impavidum.

De Organo verissime angustatus, ut vatem docet. Corripit ferunt
 sancta anima non corrigi. Hactenus quidem doctis
 frequentibusque rescriptis plenissime abstipulantur ab
 Ecclesia et Academia celeberrimus quisque. Sed hoc virtu-
 tem est videre, et intabescere relicta quamquam inter
 Hagenses est nonnullus, qui se paratum profiteatur
 aut simulat, audire me et mihi. Ipsi videtur, ego fun-
 tus sum officio non mali civis. De colligenda Messe-
 nugarum mearum quod mores, ut vae nunc dentur, vix
 quidquam tanti est, nec facile video unde suppetat otium
 custodiendis mille chartulis, et in ordinem redigendis. Meteor-
 ologica tamen, et quod meorum porro bene descripti porro
 te latet, non ingratum erit remitti, si forte Deus
 otia